

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Commvnionis Tum pro Sacerdotibus,
tum pro omnibus fidelibus communicaturis**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Quo habitu, qua hora, quibus circumstantiis est ministranda Eucharistia, §.
1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

C A P. VI.

De Ministro Commu-
nionis.

<sup>a Suar. de
Euc d. 72
sec. I. De
Lugo de
Euc d. 18.
sec. I. n. 27</sup> 1 D E Communionis ministro (qui est solus Sacerdos, & ex commissione ipsius, urgente aliqua caussa, & semper, quando instat mors alicuius, deficiente tamen Sacerdote, Diaconus) aliqua retigimus in præcedentibus. Verum nunc in proprio loco non nulla sunt, ad complementum tractationis, addenda.

§. I.

Quo habitu, quo die, qua hora,
quisbus circumstantiis est mi-
nistrandam Eucha-
ristiam.

2 De statu gratiæ an requiriatur in ministrance tantum Sa-
cramen-

cramentum, diximus, per occa-
sionem, supra c. 1. §. 7. num. 59.
Nunc ergo cætera quædam, ad
exteriorem cultum pertinentia,
sic breviter percurrimus.

3 Primò non opus est, aut
Sacerdos hoc Sacramentum mi-
nistrans, sit jejonus: si quidem
id nullo jure præcipitur.

4 Secundò omni anni tem-
pore ministrari potest. Dubita-
tur tamen an possit die Parasce-
ve, hoc est Veneris Sancti, quan-
do certum est non licere b Sa-
cerdoti celebrare, sed solum, ex
præconsecratis die antecedenti,
communicare. Dico posse: c at
extra periculum mortis non esse
passim in usu (in illo enim peri-
culo posse, immo debere non est
dubium.) Hic tamen non usus
nequaquam induxit obligatio-
nem peccati eo die communi-
canti, sed decentiæ dumtaxat,
propter mærorum Passionis Do-
mini

a Bonas.
de Euch.
d. 4. q. 5.
p. 2. n. 6.

b De Lugo
de Euch.
d. 20. sec. I
n. 14.
c Hurt de
Sacrific. d.
4. diff. 2.
cit. Suar.
Vasq.
Layman.

mini nostri : & sicuti usus est,
jam ea decentiae ratio cessat.

5 Tertio mane ministrari solet : sed vesperi , vel intempesta nocte, posset a jejunis ministrari, etiam extra mortis necessitatem : quod tamen non est facile concedendum, e propter populi admirationem.

d Sæ V.

Euo n. 19.

Suar de

Euc d. 69.

sec. 4.

c Coninch

apud Bon.

de Sacr.

d. 4. q. 7.

punct. I.

n. 14.

f Bonac.

ibid. q. 5.

p. 2. à n. 8

g Bonac.

ibid.

6 Quartò Parocho non licet f Eucharistiam ad infirmum deferre, sine habitu decente, nempe sine stola, & superpelliceo, & non præcedente lumine : nec idem tenetur, si timeat præproperam infirmi mortem, valde festinato currere : quia videntur hæc reverentiae debitæ repugnare : quamvis possit g extremam unctionem sine tanta solemnitate deferre : quia sacrum Oleum materia est Sacramenti, non vero Sacramentum. At ad baptizandum, vel absolvendum infirmū, qui secus creditur in mortali moriturus; non solum posset,

sed

sed etiam currere minister debe-
ret; h[oc] quia id non cedit in ullius h[abitu] Idem ib.
Sacramento irreverentiam; & ex
alia parte, maxime proximi cha-
ritas urget.

§. 2.

An ministrari Eucharistia
possit indigno.

In hac quæstione, qua quæ-
ritur: An ei, qui cognoscis-
tur esse in statu peccati mortalis
porrigi à Sacerdote, sine pecca-
to, communio possit. Certum
est Primò, Ministrum, per se lo-
quendo, quando saltem commo-
dè, & sine ullo inconvenienti va-
let, non posse ei a quem morta- a Suar. d[icitur]
liter indignum positivè certò Euch. 4.
cognoscit (nam in dubio quili- 67. sect. I.
bet præsumendus est bonus, &
communicandus) saltem ob re-
gulam generalem, qua obliga-
mur vitare, & impedire proxi-
morum